UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XXIV. De eo qui sororem sponsae suae vitiauit, vel virginum corruptionibus conscii sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

Visual Library

ANNO CHRISTI 314.

XXIV.

Si quis ſponſam habens, ſorori eius forſitan intulerit * vitium, eique inhæſerit tamquam ſuæ: hac autem decepta, poſtea vxorem duxerit deſponſatam: illa vero quæ vitium paſſa eſt, ſi forte necem ſibi intulerit; omnes hi qui facti huius ſunt conſcii, decem annis in pœnitentiam redigantur, ſecundum Canones conſtitutos.

* violentiam,

[m] *Nomina Epiſcoporum qui ad Ancyranam Synodum conuenerunt, & ſubſcripſerunt.*

Vitalis Antiochenus Syriæ Cœles.
Agricolaus Cæſareæ Palæſtinæ.
Marcellus Ancyræ Galatiæ primæ.
Lupus Tarſenſis Ciliciæ.
Baſilius Amaſenus * Helleſponti. (* Armeniæ maioris,)
Philadelphius Iuliopolis Galatiæ primæ.
Euſtolius Nicomediæ Bithyniæ.
Heraclius * Zelenſis Armeniæ maioris. (* Zelenenſis)
Petrus Iconienſis * Lycaoniæ. (* Piſidiæ,)
Nunechius Laodiceæ Phrygiæ Pacatianæ.
Sergianus Antiochiæ Piſidiæ, ſiue Cariæ.
Epidaurus Piſidenſis Pamphyliæ.
Narciſſus Neroniadis Ciliciæ.
Leontius Cæſareenſis Cappadociæ primæ.
Longinus Neocæſareenſis Ponti Palemoniaci.
Amphion Epiphaniæ Ciliciæ ſecundæ.
Salamenus Germaniciæ Cœles Syriæ.
Germanus Neapolis Palæſtinæ.

[n] CAPITVLA DVO ANCYRANI Concilii, ex quodam libello ſexdecim librorum partialium deſumpta, lib. 6. cap. 6.

De illo qui domino ſuo iubente homicidium fecerit.

SI quis liber (iubente domino ſuo) ſeruum eius occiderit, vt homicidium ſponte commiſſum, pœniteat.

EX EODEM CONCILIO IVXTA EXEMPLAR prædictum, lib. 6. cap. 7.

Vt Epiſcopi de parochiis ſuis ſortilegos & maleficos expellant.

VT Epiſcopi eorumque miniſtri omnibus viribus elaborare ſtudeant, vt pernicioſam & a diabolo inuen- (26. q. 1. 2. 5. & 4. & potiſſimũ 4. 5.)